

omnibus malis, da propitius pacem in diebus nostris, ut ope misericordiae tuae adiuti, et a peccato simus semper liberi et ab omni perturbatione securi: expectantes beatam spem et adventum Salvatoris nostri Iesu Christi.

C: Quia tuum est regnum, et potestas, et gloria in saecula.

P: Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis; Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccata nostra, sed fidem Ecclesiae tuae; eamque secundum voluntatem tuam pacificare et coadunare digneris. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

C: Amen.

P: Pax Domini sit semper vobiscum.

C: Et cum spiritu tuo.

P: Offerte vobis pacem.

C: Pax tecum

The choir then sings:

C: Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

P: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Beatis qui ad cenam Agni vocati sunt.

C: Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo et sanabitur anima mea.

The Communion Prayer

Benedicimus Deum caeli, et coram omnibus viventibus confitebimur ei: quia fecit nobiscum misericordiam suam.

Bless God, utter his praise before all the living for all the favours he has given you

The Communion now follows while the Choir sings Marenzio's "Te Deum Patrem Ingenitum".

The Postcommunion Prayer

Proficiat nobis ad salutem corporis et animae, Domine Deus noster, huius sacramenti susceptio, et sempiternae sanctae Trinitatis eiusdemque individuae unitatis confessio.

Lord God, we worship you, a Trinity of Persons, one eternal God., May our faith and the sacrament we receive bring us health of mind and body

P: per Christum Dominum nostrum.

C: Amen

P: Dominus vobiscum.

C: Et cum spiritu tuo.

P: Benedicat vos omnipotens Deus, Pater ✠ et Filius ✠, et Spiritus ✠ Sanctus

C: Amen.


P: Ite, missa est.

C: Deo gratias

Recessional Marian Antiphon

SALVE REGINA Mater Misericordiae, vita dulcedo, et spes nostra salve; ad te clamamus, exsules filii Hevae, Ad te suspiramus, gementes et flentes, in hac lacrimarum valle. Eia ergo, Advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Et Iesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exsilium ostende. O clemens: O pia: O dulcis Virgo Maria

Hail, Holy Queen, Mother of Mercy, Hail, our life our sweetness and our hope. To thee do we cry poor banished Children of Eve, to thee do we send up our sighs, mourning and weeping in this vale of tears. Turn then, most gracious Advocate, thine eyes of mercy towards us and after this, our exile, show unto us the blessed fruit of thy womb, Jesus. O clement; O loving; O sweet Virgin Mary




ST MARY'S, CADOGAN STREET, SW3

1130HRS LATIN MASS

Sunday 30th May 2010: Trinity Sunday: Euch. Prayer II

Missa 'O Quam Gloriosum' (Vittoria); Benedicta sit Sancta Trinitas; Te Deum Patrem



The Trinity

The Introit

Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris, alleluia: per inhabitantem Spiritum eius in nobis, alleluia, alleluia.

Ps. Benedic anima mea Domino: et omnia quae intra me sunt, nomini sancto eius.

The love of God has been poured into our hearts by his Spirit living in us, alleluia.

Ps. My soul give thanks to the Lord, and my being, bless his holy name.

P: In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti

C: Amen

P: Dominus Vobiscum

C: Et cum spiritu tuo

P: Fratres, agnoscamus peccata nostra, ut apti simus ad sacra mysteria celebranda.

C: Confiteor Deo omnipotenti et vobis, fratres, quia peccavi nimis

cogitatione, verbo, opere et omissione: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, omnes Angelos et Sanctos, et vos, fratres, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

P: Misereatur nostri omnipotens Deus, et dimissis peccatis nostris, perducatur ad vitam aeternam.

C: Amen

Please sit while the choir sings:

P: Kyrie eleison

C: Kyrie eleison

P: Christe eleison

C: Christe eleison

P: Kyrie eleison

C: Kyrie eleison

then, please stand and join in singing:

P: GLORIA IN EXCELSIS DEO

Et in terra pax hominibus bonae voluntatis.

Laudamus te Benedicimus te.

Adoramus te. Glorificamus te.

Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam.

Domine Deus, Rex coelestis. Deus pater omnipotens.

Domine fili unigenite, Jesu Christe.

Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris.

Qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram.

Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis.

Quoniam tu solus sanctus.

Tu solus Dominus.

Tu solus Altissimus, Iesu Christe.

Cum sancto Spiritu, in gloria Dei Patris. Amen.

Please stand while the Priest then says

The Collect

Deus Pater, qui, Verbum veritatis et Spiritum sanctificationis mittens in mundum, admirabile mysterium tuum hominibus declarasti, da nobis, in confessione verae fidei, aeternae gloriae Trinitatis agnoscere, ut Unitatem adorare in potentia maiestatis.

Father, you sent your Word to bring us truth and your Spirit to make us holy. Through them we come to know the mystery of your life. Help us to worship you, one God in three persons, by proclaiming and living our faith in you

P: per omnia saecula saeculorum.

C: Amen

The First Reading

This is Your Personal Copy of the Mass Sheet to take away with you

FROM THE BOOK OF PROVERBS

The Wisdom of God cries aloud,
The Lord created me when his purpose first unfolded, before the oldest of his works. From everlasting I was firmly set, from the beginning, before earth came into being. The deep was not, when I was born, there were no springs to gush with water. Before the mountains were settled, before the hills, I came to birth; before he made the earth, the countryside, or the first grains of the worlds dust. When he fixed the heavens firm, I was there, when he drew a ring on the surface of the deep, when he thickened the clouds above, when he fixed fast the springs of the deep, when he assigned the sea its boundaries - and the waters will not invade the shore - when he laid down the foundations of the earth, I was by his side, a master craftsman, delighting him day after day, ever at play in his presence, at play everywhere in his world, delighting to be with the sons of men.

P: Verbum Domini **C:** Deo Gratias

The Gradual

Benedictus es, Domine, qui intueris abyssos, et sedes super Cherubim.
V Benedictus es Domine, in firmamento caeli, et laudabilis in saecula.
You are blest, Lord, who gaze into the depths, enthroned on the cherubs. V. You are blest, Lord, in the firmament of heaven. To you praise for ever more.

The Second Reading

FROM THE LETTER OF ST PAUL TO THE ROMANS

Through our Lord Jesus Christ, by faith we are judged righteous and at peace with God, since it is by faith and through Jesus that we have entered this state of grace in which we can boast about looking forward to God's glory. But that is not all we can boast about; we can boast about our sufferings. These sufferings bring patience, as we know, and patience brings perseverance, and perseverance brings hope, and this hope is not deceptive, because the love of God has been poured into our hearts by the Holy Spirit which has been given us.

P: Verbum Domini **C:** Deo Gratias

Alleluia. Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum, et laudabilis in saecula. **Alleluia.**
Blessed be God the Father hand his only-begotten Son and the Holy Spirit: for he has shown that he loves us

The choir then sing an extract from the Antiphon for Trinity Sunday "Benedictus Es."

The Gospel

P: Dominus vobiscum
C: Et cum spiritu tuo
P: Sequentia sancti Evangelii secundum Iohannem
C: Gloria tibi Domine

Jesus said to his disciples: 'I still have many things to say to you but they would be too much for you now. But when the Spirit of truth comes he will lead you to the complete truth, since he will not be speaking as from himself but will say only what he has learnt; and he will tell you of the things to come. He will glorify me, since all he tells you will be taken from what is mine. Everything the Father has is mine; that is why I said: All he tells you will be taken from what is mine.'

P: Verbum Domini
C: Laus tibi Christe

The Sermon

P: CREDO IN UNUM DEUM
Patrem omnipotentem, factorem coeli et terrae, visibilium omnium, et invisibilium.

Et in unum dominum, Iesum Christum, Filium Dei unigenitum
Et ex patre natum ante omnia saecula.
Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero.
Genitum non factum, con-substantialem Patri: per quem omnia facta sunt.

Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de caelis.
Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine:
(bow) ET HOMO FACTUS EST.

Crucifixus etiam pro nobis: sub Pontio Pilato passus et sepultus est.
Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas.

Et ascendit in caelum: sedet ad dexteram Patris.
Et iterum venturus est cum gloria, iudicare vivos et mortuos: cuius regni non erit finis.

Et in Spiritum Sanctum, Dominum, et vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit.
Qui cum Patre et Filio simul adoratur, et conglorificatur: qui locutus est per Prophetas

Et unam, sanctam, catholicam, et apostolicam Ecclesiam.
Confiteor unum baptismum in remissionem peccatorum.

Et exspecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi saeculi. Amen.

Bidding Prayers

The choir then sings the Offertory Verse followed by *Palestrina's* motet to the Trinity: "**Benedicta sit Sancta Trinitas**" while the Priest prepares the Gifts and incenses the Altar (then)

P: Orate Fratres ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.


C: Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis ad laudem et gloriam nominis sui, ad utilitatem quoque nostram totiusque Ecclesiae suae sanctae

The Prayer over the Gifts

Sanctifica, quaesumus, Domine Deus noster, per tui nominis invocationem, haec munera nostrae servitutis, et per ea nosmetipsos tibi perfice munus aeternum.
Lord our God, make these gifts holy, and through them make us a perfect offering to you.

P: Per Christum Dominum nostrum
C: Amen
P: Dominus vobiscum
C: Et cum spiritu tuo
P: Sursum Corda
C: Habemus ad Dominum
P: Gratias agamus Domino Deo nostro
C: Dignum et iustum est

The Preface of the Most Holy Trinity



Vere dignum et iustum est aequum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine Sancte Pater omnipotens aeternae Deus: Qui cum unigenito Filio tuo et Spiritu Sancto unus es Deus, unus es Dominus: non in unius singularitate personae, sed in unius Trinitate substantiae. Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto, sine discretionem sentimus. Ut, in confessione verae sempiternaeque Deitatis, et in personis proprietates, et in essentia unitas, et in maiestate adoretur aequalitas. Quem laudant Angeli atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim, qui non cessant clamare cotidie, una voce dicentes:

The choir then sing :

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt caeli et terra gloria tua. Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

Canon of the Mass II

(the priest may choose an alternative)

Vere sanctus es, Domine, fons omnis sanctitatis. Haec ergo dona, quaesumus, Spiritus tui rore sanctifica, ut nobis Corpus et Sanguis fiant Domini nostri Iesu Christi. Qui cum Passioni voluntarie traderetur, accepit panem et gratias agens fregit, deditque discipulis suis dicens:

ACCIPITE ET MANDUCATE EX HOC OMNES: HOC EST ENIM CORPUS MEUM, QUOD PRO VOBIS TRADATUR. **AAA**

Simili modo, postquam cenatum est, accipiens et calicem, iterum gratias agens dedit discipulis dicens:

ACCIPITE ET BIBITE EX EO OMNES: HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI NOVI ET AETERNI TESTAMENTI QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM. HOC FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM. **AAA**

P: Mysterium Fidei.



Memores et igitur mortis et resurrectionis eius, tibi, Domine, panem vitae et calicem salutis offerimus, gratias agentes quia nos dignos habuisti astare coram te et tibi ministrare. Et supplices deprecamur ut Corporis et Sanguinis Christi participes a Spiritu Sancto congregamur in unum. Recordare, Domine, Ecclesiae tuae toto orbe diffusae, ut eam in caritate perficias una cum Papo nostro Benedicto et Episcopo nostro Vincent et universo clero.

Memento etiam fratrum nostrorum, qui in spe resurrectionis dormierunt, omniumque in tua miseratione defunctorum et eos in lumen vultus tui admitte. Omnium nostrum, quaesumus, miserere, ut cum beata Dei Genetrice Virgine Maria beatis Apostolis et omnibus Sanctis, qui tibi a saeculo placuerunt, aeternae vitae mereamur esse consortes, et te laudemus et glorificemus per Filium tuum Iesum Christum

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus Sancti, omnis honor et gloria per omnia saecula saeculorum. **C:** Amen.

P: Praeceptis salutaribus moniti et divina institutione formati, audemus dicere:



P: Libera nos, quaesumus, Domine, ab